

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 161. Joannes Constantia profugus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](#)

## §. CLXI.

*Joannes Constantia profugus.*

*Id. ib.  
Niem. loc.  
cit.*

**H**æc Imperatoris adhortatio a Pontifice conceptum fugiendi animum adeo non infirmavit, ut potius eum in suo proposito magis obfirmaret. Ast illud exequi, hoc opus hic labor erat, quippe tanta erat exploratorum vigilantia, ut tandem ipse quam Austriæ Dux, inscio Sigismundo vix pedem movere potuerint. Ultima spes erat ludicrum quoddam equestre certamen, quod Fridericus Austriacus horis pomeridianis ad vigesimam Martii diem haberi constituit, eo animo, ut Joannes evadendi occasionem acquireret. Inter Pugiles eminebant ipsem etiam Austriæ Dux, & Comitis Cilliensis Filius. Populo interea ad hoc spectaculum turmatim confluente, Pontifex inclinato die strigosum equum descendit, rudi ac fusca Equisonis seu veredarii chlamyde per humeros defluente indutus, ac sarcinam ephippii arcu impositam gestans, inter medias populū turmas urbe excessit. Noctu naviculam Friderici opera ad id præparatam descendit, & secundo flumine per Rhenum intra paucas horas Scaphusiam, prefati Ducis oppidum quarto lapide Constantia dissitum, pervenit. Fridericus hunc

do equestri soluto ad urbem quidem re- Sæcul. XV.  
diit, vespere tamen solus Constantia A. C. 1415.  
phusiam citato pede contendit, Papam,  
qui ibidem jam advenerat, invisurus.  
Comperta hac Pontificis fuga tota Con-  
stantiensis civitas non modico metu  
turbatur, omnesque dilabi meditantur,  
deprædationis periculum veriti. Verum  
tempestiva Imperatoris prudentia omnem  
excusfit timorem. Ipsus enim equo ve-  
ctus comitantibus Electore Palatino, cun-  
ctisque Aulæ suæ Proceribus urbem ob-  
ibat, ubique fidem interponens, Constan-  
tiæ eandem omnino ac antea fore secu-  
ritatem, nec propter Pontificis absentiam  
Concilium interruptum iri.

### §. CLXII.

#### *Epistola Papæ ad Cæsarem Scaphusiacæ data.*

**S**ub idem tempus ad Imperatorem de-  
lata est Epistola manu Pontificis ex- Vander  
Hardt tom  
2. p. 252.  
arata, in qua significat, venisse se Sca-  
phusiam non ea mente, ut Papatus abdi-  
cationem amore pacis promissam fuga  
sua eluderet, sed potius, ut recuperata  
per Dei clementiam libertate ac vitæ  
suæ securitate liberius hoc negotium exe-  
qui posset, præclusa cunctis calumnian-  
di licentia, ac si potentiorum vi compul-  
sus

F f 2